

# MELETEM. CATECHETICA. 131

Omnipotentiam demonstrant testimonia  
plurima & opera divina.

*Testimonia Gen. 17.1. Psal. 62,12. Matth.*

*19. Apoc. 1.*

*Opera plurima & maxima: ut creatio uni-  
versitatis, Filij missio in carnem;  
resuscitatio mortuorum: omni-  
um denique promissionum &  
comminationum accurata im-  
pletio.*

*Jurè proinde soli Deo tribuitur omnipotentia.*

1. *Quia omnia quæ vult facit: quæ non vult  
impedit.*

*Utrunq; confirmatur Psal. 33,9.  
10. Jes. 8,9. & seq.*

2. *Quia sine difficultate solo nutu cuncta ef-  
ficit. Jes. 43,13.*

3. *Quia auctor est omnis potentiae in creatu-  
ris. Jes. 40,28. & seq.*

4. *Quia infinita quæ nō vult, & velle & effi-  
cere possit: ut videre est Matth. 3,9.  
Rom. 9,18. Matth. 26,53.*

*Hinc fit ut rectè omnipotentia dicatur  
alia absoluta;*

*alia actualis.*

*Hac fecit, facit & faciet quæ vult.*

*Illa efficere potest innumera, quæ  
non vult.*

## Cautio.

*Omnipotentia Dei nequaquam ad infini-  
tam contradictionis impotentiam te-  
mere efferatur: ut Deus possit simul  
ita & non.*